



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Conuentiones in ecclesia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

Fides impetrat, quod lex imperat. Et eūdem Augu-
 gusti. Psal. 91. Gregorium lib. 6. epistolarum ca.
 179. Damascenum lib. 4. ca. 10. Basilium in Psal.
 114. Augusti. Epistola 157. Eundem in præfa.
 Psal. 31. & in Psal. 52. Hilarium in Psal. 2. & in
 Psal. 51. & c. Sicut ergo corpus sine spiritu cada-
 uer & truncus est: ita & fides sine operibus ca-
 dauerosa, et effigies in speculo euanida: Sciendum
 autem merita nostra esse dona Christi, palmes ea-
 nim non fert fructum à semetipso, nisi manserit
 in uite, hæc parergôs.

CONVENTIONES IN ecclesia.

SI ecclesiam non audierit, inquit Agonotheta
 siue Choregus Christus, Matth. 18. sit tibi si-
 cut Ethnicus et publicanus. Vnde S. Grego-
 rius: Vbi sunt, inquit, qui Ecclesie cōuentū præ-
 sumunt contemnere, & uenerandæ congregatio-
 nis preces solitarias anteferre? Si duobus uel tri-
 bus simul postis, IESVS medium se promisit,
 quid non dabit plurimis? Legimus Moysen Exo.
 18. Deutero. 17. & 18. Seruum domini, uoluisse
 synagogam populi esse iudicium: etiam eidem sac-
 cerdotes præfecit, qui nō tantum de lege, sed etiā

D s de

Sedulius
Tripar. hi
sto. lib. 7.
cap. 12.

de causis prophanis cognoscerent, peiorene loco
erit ecclesia: Sic, inquit Sozomenes, Valentinianus
imperator dixit. Mihi quidem cum unus de
populo sim fas non est talia perscrutari, (de
hereticorum dogma loquitur) uerum sacerdos
tes: Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam,
& legem requirunt ex ore eius, Malac. 2. Ephe.
4. Quibus dixit Valentinianus, hæc cura est, apud
semetipsos congregentur, ubi uoluerint, etc.
Grauis enim est ueterum authoritas, inquit Hila-
rius de synodis contra Arrianos. Et Irenæus
lib. 4. cap. 45. ait. Vbi chrisinata dōmini post-
ta sunt, ibi discere oportet ueritatem, apud
quos, est ea, ab Apostolis successio, & id quod
est sanum & irreprobabile sermonis constat,
hæc ille. Quemadmodum ergo apiculæ, leuibus
pennis arborum & herbarum floribus insi-
dent, latentemq; in flosculis liquorculum, inno-
cua deprædatione auhunt, ut tandem dulcissi-
mos mellis fauos, niuo confectos hominibus
prestent. Ita & ecclesie catholice doctores su-
per amœna, uernantiaq; scripturarum uiri-
daria, leui mentis ala residentes, instæ lite-
re, succum spiritus sancti haurientes, solici-
ti sunt, ut dulcissimum mel fidei, auditorum
Cordibus placide instillent. Concilio Gangrensi
sic

sic decretum legimus: si quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conuentus qui in ea celebrantur, Anathema sit. Item: Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despicens ecclesiam, ea quæ sunt ecclesie uoluerit usurpare non conueniente presbytero iuxta decretum Episcopi, Anathema sit, &c. Non destruent ecclesiam, qui edificauerunt eam. Non seducent ecclesiam, qui pro ecclesia animas suas posuerunt.

Docet pater p prophetas: Filius per apostolos: Spiritus sanctus per apostolicos,

Tria genera conciliorum ecclesiasticorum enumerat Albertus Pighius lib. 6. cap. 2.

VNIVERSALE & Oecumenicum, οἰκουμένην enim orbem terrarum appellant Græci, ubi totius ecclesie negotium uentilatur, ex omnibus totius orbis prouincijs conuocatis Orthodoxis Episcopis. Sic Nicanum 1. extitit, authore Constantino imperat.

PROVINCIALE, & ipsum quale sit, æquè indicat eius nominis ratio, nempe in quo sub uno metropolitano unius tantum prouinciæ

Epi

Episcopi conuenientes, eiusdem, consulunt pro
spiciuntq; negotijs.

M E D I uero generis concilia sunt, in quibus
causa quidem quæ tractatur uniuersalis est, hoc
est, fidem aut ecclesiasticam obseruationem con-
cernens: sed conuocatio aut congregatio nequa-
quàm. Cuius generis sunt uerè uniuersa, quæ an-
te Nicenum celebrata reperiuntur concilia, in
illa primitiua ecclesia, & in primis illud omnium
primum Hierosolymis habitum. Quod uniuersale
dici nõ potuit, ut in quo ex 12. tres tantum in-
terfuisse legantur Apostoli, Petrus, Iacobus &
Ioannes, &c.

Idcirco autem inchoantur concilia Oecume-
nica: ut lapsa morum disciplina, & penè collapsa
ecclesia erigatur, & instauratur: & uetus popu-
lus post diurnam captiuitatem apud externos
reges redeat Hierosolymam ad instaurandum
templum.

Qui ergo sic legitime congregantur, dominus
alloquitur Deutero. cap. 20. uos, dixit Moyses,
hodie contra inimicos uestros pugnam commit-
titis, non pertimescat cor uestrum, nolite metue-
re, nolite cedere, nec formidetis eos, (scismatari-
chas) quia dominus Deus uester **I N M E D I O**
VESTRI EST & pro uobis contra aduer-
sarios

Deus in
medio ec-
clesiæ.

farios (Hæretistas) dimicabit, ut eruat uos de periculo, &c. Talis legitimus confessus dicit cum Psalmodographo, Psal. 26. Non sedi cum hominibus uanis, & ad fucatos nō ingredior. Coetū maiorum odi, & cum impijs (hæretotis) nō sedebo. Lauabo in innocentia manus meas & circumdabo altare tuum domine, ut edam uocem laudis, (sponso meo) & enarrem omnia mirabilia tua, &c. uide quātō præniteat fides ecclesiæ fidei synagoga, & ueritas, atq; res ipsa ab Enigmate discrepet?

Tria expectātur à
 1. Hæresum extirpatio.
 2. Discipline Ecclesiasticæ,
 generali confessu. } & morum reformatio.
 3. Pax totius ecclesiæ.

Pereant itaq; qui audent tam salubrem et necessariam Aposto. traditionem spernere & sacrilega lingua sacratiss. concilijs quæ nobis fidei mysteria tradiderunt contradicere & detrachere. Hinc etiam apparet quàm pestifera illorum nostris temporibus sit Archisecta, qui usq; adeo sibi placent sua φιλαυτία. ut suū iudiciū in interpretandis literis uniuersali ecclesiæ præferāt.

Miramur: Cur non & concilium illud per Apostolos

stolos

stolos & ecclesiam, acto. 15. celebratum errasse
dicunt, aut D. Paulum dementia simul & impie-
tatis arguunt? Quam iniurius contumeliosusq;
& blasphemus in sacra concilia fuerit Zythobi-
bulus, nouerunt sane omnes, qui excucullati in
sanias, in Babylone, in abroganda Missa, in ui-
sione Danielis, (in septicipite cap. 34.) legerunt.
Sic anno domini 1521. cum personaliter uocatus
Vuormatiam seu Borbetomagum, Lutherus sa-
xo cucullatus nigellus, in caesarea Maiestatis a-
liorumq; imperij principum ac procerum con-
spectum, clementer admonitus fuisset, ut futuri
concilij determinationi causam suam submitte-
ret, pertinacissime recusauit, sicut ipsemet
iactitauit in suis actis. Sic in sermone 11. su-
per illud Christi, Attendite a falsis prophetis,
Matth. 7. nititur funditus, radicitus stirpitusq;
Papatum & omnia concilia subuertere, Eadem
corroborauit ipse articulo 39. assertionum, his
uerbis: Via nobis facta est eneruandi authorita-
tem conciliorum & libere contradicendi eorum
gestis, & iudicandi eorum decreta, & confiden-
ter confitendi quicquid uerum uidetur, siue
probatum, siue reprobatum fuerit a quocunque
concilio, hac ille. Verum paulo post ultra uallum
progressus, sese repressit. At obijciunt nasutus
li,

hanc scripturam uolumus esse iudicem Concilio-
 rum: & nos scripturam non recusamus, sed or-
 thodoxam non peruersam requirimus, &c. Mi-
 rum: frangitur marmor, mollescit Adamas san-
 guine hircino, at zythobybulus ille perstitit in-
 exorabilis, (sicut leena raptis catulis, ita ille in-
 canduit) non parcens nec saluti animæ, nec ata-
 ti, nec imperijs, (qui mentis est dura, corruct in
 malum, prouerb. 28.) Proh dolor, quàm precio-
 so munere mundum spoliasti: quàm citò placidam
 pacem, nec inopinantibus, orbi eripuisti? pro-
 misit olim Calvinus, &c. se uelle acquiescere Cō-
 cilio generali sed mutato animo, contra acta cō-
 cilij Tridentini, scurriliter, atrociter atque ca-
 lumniose & scribit & prædicat. Mirum in-
 quàm, concilia, Constitutiones patrum, &c. re-
 spuunt: At suas conuentiones omnibus obtru-
 dunt. De concilijs plura uide actor. 15. Gregor.
 Epistol. 23. lib. 1. Euseb. lib. 20. cap. 6. Histo.
 Trip. lib. 1. cap. 21. & lib. 2. cap. 5. & lib. 4. ca.
 9. & lib. 7. cap. 12. lib. 2. cap. 7. Leo. in Episto.
 21. Orige. Matth. 24. Euseb. lib. 7. cap. 22. Irea-
 na. lib. 4. cap. 43. & 45. & 61. de concilio ge-
 nerali latissime conscripsit sex libros, D. Contra-
 dus Brun iuriconsultus.

Obiectio-
nis confu-
ratio.

Pietas.
In Deum.
In patriā.
In parētes.

Vide Cos-
chlæum.

P R I